Gregorius I, Pont. Max: Dialogorum libri quattuor

Basel: Michael Furter, 1496, 1496 Seite 79



ſ

Ed quia ſepe dum predicatio modis cōgruentibꝰ vbertim funditur apud ſemetipm̄ de oſtenſione ſui occulta leticia loquentis animus ſubleuat᷑: magna cura neceſſe eſt: vt timoris laceratione ſe mordeat: ne qui alioꝝ vulnera medendo ad ſalutē reuocat: ipē per negligentiā ſue ſalutis intumeſcat: ne proximos iuuando ſe deſerat: ne alios erigens ipē cadat. Nā quibuſdā ſepe magnitudo virtutis occaſio perditiōis fuit: vt cum cōfidentia virium inordinate ſecuri ſunt per negligentiam inopinate morerent᷑. Uirtus nāqꝫ cuꝫ vicijs renitit᷑: quadam delectatiōe eius ſibimetipi animus blanditur: fitqꝫ vt bene agentis mens metū ſue circumſpectiōis abijciat: atqꝫ in ſui confidentia ſecura requieſcat. Cui iam torpenti ſeductor callidus omne quod bene geſſit: enumerat eā qꝫ quaſi pre ceteris prepollentē in tumore cogitatiōis exaltat. Unde agitur vt ante iuſti iudicis oculos fouea mētis ſit memoria virtutis: quia reminiſcendo quod geſſit: dum ſe apud ſe erigit: apud humilitatis auctorē cadit. Hinc namqꝫ ſuperbienti anime dicit᷑. Quo pulchrior es deſcende: ſurge qui dormis cum incircūciſis. Acſi aperte diceret᷑: Quia ex virtutū decore te eleuas: ipā tua pulchritudine impelleris vt cadas. Hinc ſub hieruſalē ſpecie virtute ſuperbiens anima reprobatur cum dicitur: Perfecta eras in decore meo: quē poſuerā ſuper te dicit dominꝰ: ⁊ habens fiduciaꝫ in pulchrytudine tua: fornicata es in nomine tuo. Fiducia quippe ſue pulchrytudinis animꝰ attollitur: tum de virtutū meritis leta apud ſe ſecuritatē gloriatur: ſed per eandē fiduciam fornicationē ducit᷑: quia dum interceptā mentem cogitatiōes ſue decipiunt: hanc maligni ſpiritus per innumera vicia ſeducendo corrumpūt. Notandū vero ꝙ dicitur: Fornicata es in nomīe tuo. Quia cū reſpectuꝫ ſuperni rectoris mens deſerit: laudē protinus priuatā querit: ⁊ ſibi arrogare incipit omne bonū: quod vt largitoris preconio ſeruiret: accepit. Opinionis ſue gloriam dilatare deſiderat: ſatagit vt mirabilis cūctis innoteſcat. In ſuo ergo nomine fornicat᷑: qui legalis thori cōnubium deſerens: corruptiōi ſpiritui in laudis appetitu ſubſternit᷑. Hinc Dauid ait Tradidit in captiuitatē virtutem eoꝝ: ⁊ pulchrytudines eorū in manus inimici. In captiuitatē etenim virtus ⁊ pulchrytudo in manus inimici tradit᷑: cum decepte menti antiquus hoſtis et boni operis elatione dominat᷑. Que tamen virtutis elatio: quāuis plene non ſuperat: vtcūqꝫ tamē ⁊ electorū ſepe animū temptat. Sed cum ſubleuat᷑ deſtituit᷑: deſtitus ad formidinem reuocat᷑. Hinc etenī Dauid iteruꝫ dicit: Ego dixi in abundantia mea nō mouebor ineternū. Sed quia de confidentia virtutis intumuit: paulo poſt quod pertulit: adiunxit. Auertiſti faciē tuam a me et factus ſum turbatus. Ac ſi aperte dicat: Fortē me inter virtutes credidi: ſed quāte infirmitatis ſim derelictꝰ agnoui. Hic rurſum dicit᷑. Iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſticie tue. Sed quia eius viriū nō erat manere in cuſtodia quā iurabat: debilitatē ſuā protinus turbatus inuenit. Unde ⁊ ad precis opem ſe cōtulit repente dicens: Humiliatus ſum vſquequaqꝫ domine viuifica me ſcd̄m verbum tuū. Nonnū ꝙ vero ſuperna moderatio priuſquā permunera prouehat: infirmitatis memoriā ad mentē reuocat: ne de acceptis virtutibus intumeſcat. Unde ⁊ Ezechiel pphēta quotiens ad cōtemplanda celeſtia ducit᷑: prius filius hominis vocat᷑. Ac ſi hūc aperte dominꝰ admoneat dicens: Ne de his que vides in elatōe cor ſubleues: cautus perpende ꝙ es: vt cum ſumma penetras, eſſe te hominē recognoſcas: quatenus dū vltra te raperis ad temetipm̄ ſollicitꝰ infirmitatis tue freno reuoceris. Unde neceſſe eſt vt cū virtutum nobis copia blandit᷑: ad infirma ſua mentis oculus redeat: ſeſeqꝫ ſalubriter deorſum premat: ne recta que egit: ſed ea que agere neglexit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-493/0399

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG